



1. Olearij s. Gottfr. / diff. de Morte et vita
 Sidellum cum Christo, Lipsia 1710.
 2. Olearij s. Joh. / diff. de correptione
 Concionatoria, Lipsia 1684.
 3. ————— diff. de Lachrimis Christi sub
 ingressum Hierosolymorum fusis,
 Lipsia 1683.
 4. ————— diff. de resurrectione spiritua,
 li Lipsia 1698.
 5. Oporini s. Joach. / programma de Demon,
 ratione Spiritus ac virtutis.
 6. ————— diff. de usu docto Simplici,
 fato contra scepticos, Goettinga 1738.
 7. Ortlob s. Joh. Christopher / diff. de Samue,
 le Iudice et propheta non pontifice
 aut facerote iudicante Lipsia
 8. ————— diff. de pacto Davidis et Abneri
 contra Iacobum, illico, Lipsia 1709

n. 70. - 31
DISSERTATIO EXEGETICA

DIVINO DUCTOS SPIRITU DEI ESSE FILIOS

EX ROM. VIII. 14. ASERENS

QVAM
DEO AVSPICE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

WILHELMO HENRICO

DUCE SAXONIAE, IULIACI, CLIVIAE, MONTIVM
ANGARIAE ET WESTPHALIAE, COMITE
SAYNAE ET WITTGENSTEINH: RELIQUA

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS BENEFICIO,
ERVDITORVM JUDICIO

DIE OCTOBR. A. O. R. MDCCXXXVIII.

PRÆSIDE

M. IOACH. EHRENFR. PFEIFFERO

SVBJICIET
RESPONDENS

JVSTVS FRIDERICVS STATIVS

MEGAPOL. S. S. THEOL. ET PHIL. CVLT.

JENE, LITERIS MARGGRAFIANIS.



50

DIVINO DACTORIS SPIRITA
PRI REIPUBLICA VENETIA

LEOTORI MAGNITUDINISIMO
ACQUAM TERRAE AEGAEI
D E M I N O

WATHEMOM HENRICO

DAC SAXOGENIAE VINCENDI
VNGRICA ET ALIA HABITAT
ACQUAM TERRAE AEGAEI

SCEDIS IN HABITAT
ACQUAM TERRAE AEGAEI
DIE DACTORIS ACQUAM TERRAE AEGAEI

PER TERRAM AEGAEI
ACQUAM TERRAE AEGAEI
DIE DACTORIS ACQUAM TERRAE AEGAEI

PER TERRAM AEGAEI
ACQUAM TERRAE AEGAEI
DIE DACTORIS ACQUAM TERRAE AEGAEI

PER TERRAM AEGAEI
ACQUAM TERRAE AEGAEI
DIE DACTORIS ACQUAM TERRAE AEGAEI

PER TERRAM AEGAEI
ACQUAM TERRAE AEGAEI
DIE DACTORIS ACQUAM TERRAE AEGAEI

PER TERRAM AEGAEI
ACQUAM TERRAE AEGAEI
DIE DACTORIS ACQUAM TERRAE AEGAEI

PER TERRAM AEGAEI
ACQUAM TERRAE AEGAEI
DIE DACTORIS ACQUAM TERRAE AEGAEI



§. I.

 **Q**od meditatum imus, Divi Pauli oraculum his verbis consignatum legimus:
Οσοι γαρ πνευματι Θεος αγονται εποιεῖται οιοι Θεος.
Neque circa eam lectionem aliqua occurunt, quæ nos magnopere remorari possent, codicum divortia. Quamvis enim in nonnullis codicibus postrema incisi verba eo combinata ordine deprehendantur: οιοι Θεος εἰσιν, sensui tamen quem sectamur unice nullum inde periculum imminere, nemo, opinor est, quin intelligat. Quapropter actum ad id quod agimus properamus, notiones ipsas abs auctore propositas, quo par est ordine scrutaturi.

Duas propositiones notiones exhibet, quarum altera subiectum, praedictum altera confitit. Oportet igitur primum nos de subiecto esse sollicitos, adeoque indagare, quid illud sit; Αγεδαι πνευματι Θεος: quod rite ut assequamur, desiniendum ante est, per πνευμα Θεος, quid hic intelligatur.

§. II.

Vocabulum *πνευμα*, si quod aliud æquivocum maxime & significandi potestate varium existit. Quemadmodum enim prima sui notatione impulsio aeri destinatum, halitum ventumque exprimit: ita translatum inde est ad denotandas substantias vi cognoscendi praeditas, quarum experiri operationem possumus, et si minus ipsa queant externo sensu usurpari; atque hinc amplius de variis affectionibus in isto substan-

stantiarum genere obvis adhiberi suavit. Neque mihi temere quisquam insciabitur, posse idem etiam, quando cum nomine Dei construtur, filo præsertim scriptura, eandem admittere significandi varietatem.

Non penitus, quod hic assertum est, exemplis confirmare. Termino itaque seorsim considerato, significatum verius convenire ex Joh. III. 8. Job. XXXVII. 21. perspicitur: eidem responderet notionem substantiae vi cognoscendi prædictæ loca docent Ebr. II. 14. P.M.CIV. 4. Act. VII. 59. significatus postremo loco enumerati exemplabiles, I. Cor. XII. 10. I. Reg. II. 9. 15. Nec terminum compositum πνευμα θεος varios istos responde significatus quadam priorem ex Exod. XV. 10. Et XI. 17. quadam alterum ex I. Cor. XII. 11. Et XLVIII. 16. Cap. LXIII. 10. quadam postremum ex Act. II. 17. 18. Col. 33. Ps. LI. 12. Ez. XI. 19. aliisque elucescit.

§. III.

De notione impulsus aeris ad locum nostrum transferenda, cogitare nemo potest, nisi ignoratis iis, quæ in regno gratia obtinent, effectum audeat concipere, cuius ratio assignari in causa nequeat. Notio vero quarundam affectionum, quas substantiae exhibent vi cognoscendi gaudentes, ut est per se a primo vocis significatu remotior, ita huc eriam transferri nequit. Hoc enim quod per πνευμα θεος intelligitur, testatur v. 16. Testari autem, si quantum maxime potest proprie accipiatur, quid est aliud quam observationem aliquam, id est cognitionem absque ratiocinatione partam alteri significare? Atqui cogitatio actus est, adeoque vim intra subjectum suum depositum aliquam: vis autem non est eorum, quæ inexistunt: quapropter πνευμα θεος siquidem notionum alioqui sibi respondentium aliquam hic designare debeat, non potest non substantiam facultate cognoscendi instructam, secundum proximum a primo significatum, denotare.

Nitimus hic proprietate litteræ, non quod negemus posse alium ejam significatum vocis πνευμα θεος obtinere: sed quod ab ea non arbitremur redendum, quamdiu ipsam adiecta ferunt notiones.

§. IV.

Substantiarum autem vi cognoscendi prædictarum duo genera sunt; intelligens alterum; alterum minus. Priori vox πνευμα θεος frequentius, parcus adhæret posteriori; neque hic

Hic sane lieet de eodem cogitare. Testandi enim actus duplum exigendo relationem unam rei ad cognitionem, alteram cognitionis ad signum ei constitendum fieri absque distincta cognitione, quæ intellectu debetur, haud potest. Ceterum proinde esto, per confutatum significandi potestatem non posse hic πνευμα ος, nisi substantiam intelligentem, quam vocamus spiritum designare.

Sub vere omnino, ne hic quibusdam justo videar prolixior adstricere notionem substantie circa ambages vocis πνευματος notionem spiritus vindicandam fore judicatur. Sed hi erunt fere quibus Lexicographorum asserta axiomatum instar sunt: Curarius juvat, dum in scriptura interpretanda versamur, usum ipsius us consilere ei autem non insolens est vocabulum πνευματος, etiam de brutorum animabus usurpare. Confi. si placet, Koh. III. 21.

§. V.

Ex spiritibus primum omnium ipsam nostram animam cognoscimus, dari autem præter eam alios. constat. Sed πνευμα ος ab anima nostra distinguitur, v. 16. Spiritum igitur ab anima nostra diversum innuit. Inter spiritus vero ab anima nostra diversos infinitus unus est; finiti complures, quos status moralis differentia in bonos ac malos dividit. De malis hictacendum, me non monente perspicis; bonos autem fac abs Auctore intelligi. His ergo testimonium de filiis Dei conferendo, actum vindicat saluti generis humani publicæ inservientem: quare, quem in iis communia sint horum spirituum officia, plurimum numero compellare eos debebat: quod vero quem fecus sit, nec de spiritibus finitis, quos bonos dicimus, Auctorem loqui colliges. Quare si omnino coniectum ipse vocis significatum servet: non erit nisi de spiritu infinito explicandus.

Nihil moramus sandianam hypothesis, qua πνευμα unitatis numero usque parum complexum designare plurimum spirituum statuit; pluralem enim numerum adhiberi, ubi de pluribus individuis sermo est, luculentissime apparer ex Ebr. 1.7. 14.

§. VI.

Spiritus infinitus Deus est: Denim vero dupliciter consistat spectari posse, cum absolute, tum relative, quatenus vene-

A 3

zan.



randam sicut personarum trinitatem. Si in consideratione aboluta hic persisteris, dicendum utique est, tum Spiritum Dei ipsum esse Deum absolute spectatum, tum etiam eundem esse Spiritum Dei absolute considerati: sed quamdiu in consideratione Dei absoluta perseveramus, non nisi unicum concipi possumus, cui istud nomen competit, proindeque eo pacto Spiritus Dei, & ipse unicus ille Deus & tamen Spiritus etiam unicus illius Dei, hoc est, sui ipsius Spiritus dicendus foret: at qui, nemo noui id absque sensu dici perspicit, unde consequitur, ut per πνευμα Θεος, nisi penitus consuetam significandi potestatem deserat, peculiaris Divinitatis aliqua persona hic intelligenda veniat.

Ab hoc, quem indicavimus, significatu tantum abest, ut scriptura ^{sandioris} usus abhorreat, ut frequentissima portio illius passim occurrant specimen. Vid. Gen. I. 2. Es. LXI. 1. II. Sam. XXIII. 2. Matth. III. 16. Luc. II. 26. 29. Act. V. 3. 4. I. Cor. XII. 4. 11. Non ignoramus quidem moveri a Socinianis omnem lapidem, ut contra ea quae affirimus aliquid efficiant: sed quanto-
pere ipsos locorum percellat evidencia Sandiana demonstrat hypothesis, ut non sit opus, his immorari nunc prolixius.

§. VII.

Quum itaque ex notionibus, quas consueta significandi potestate, vox πνευμα Θεος denotare valet, non possit aliqua ad locum nostrum applicari, nisi ea sit, qua peculiarem signet Deitatis personam; superest ut videamus, an haec notionibus ceteris adjunctis, haec illi consentiantur? Qui πνευμati Θεος ducuntur, censendi erunt intuitu ipsius pati; quum ens, a quo alterum patitur, agens ipsum existat; actio autem vim sibi praestruat, per πνευμα Θεος ens hic intelligi vi prædictum, apparet. Eadem enti vindicari testimonium, de hominibus Dei filiis, jam observavimus: testimonium illud non potest nisi certo cognoscensit esse, foret enim aliqui supervacuum. Certum igitur testanti sit oportet, nos esse Dei filios. Nos esse Dei filios, per criteria externa certo nequit cognosci, fallacia quippe sunt. Ex interno igitur statu animi judicium, ut fiat, opus est. Id vero in ente a nobis diverso requirit eam vim, qua intimos scrutatur recessus, quam quum scripturali enti infinito vindicet, ens illud quod πνευμα Θεος hic denotat,

notat, patet concipi per vim debere infinitam. Sed idem ens ab eo distinguitur, qui Christum excitavit e mortuis v. ii. quare, quum ei etiam vis infinita competat, idem vero contradistingui sibi ipsis nequeat, relinquitur ut vis in ipso infinita non sit spectanda absolute, sed quatenus peculiari personalitatis charactere insignitur. *πνευμα* proinde *οης* notionum adjunctarum consensu peculiarem signare Divinitatis personam debet. Jam nemo mihi negaverit si ex notionibus quas vox consueto usu designare potest, reliquæ consistere cum notionibus adjunctis nequeant: una vero iisdem optimo consentiat, fore eam certo jungendam voci isti. Certum igitur esto, per *πνευμα* *οης* peculiarem in nostro loco Divinitatis personam innoui.

Confirmari etiam, quæ de vi infinita spiritui Divino vindicanda dicta sunt, ex illo possunt adiumento, quo succurrere infirmati nostræ dicitur v. 26. Quomodo enim succurreret, nisi nosset qua parte, quo tempore, qua in re adiumento opus esset? sed eiusmodi infirmiratis nostræ cognitio, num vindicari alicui poterit, nisi statim animæ humanæ quovis momento intime perspectum habeat? atqui hoc cum certitudine omnimoda præter nos ipsos nemo nisi Deus habet.

S. VIII.

Divina autem hæc persona quemadmodum eo potissimum charactere distinguitur, quod a Patre & Filio procedat: ita se præcipue manifestat humanas animas satisfactionis pro ipsis præstite particeps, Divinoque amore dignas efficiendo. Prius ex Gal. IV. 6. posterius ex 1. Cor. XII. 3. 11. intelliges. Dum enim dona ministris dispensat ecclesia, dispensat utique in salutem Ecclesiarum: Ecclesia autem salus in acceptatione satisfactionis pro hominibus præstite ponitur, qua cum Divina benevolentia induitæ conjuncta est nexus.

Definita sic notio, quam *πνευμα* *οης* in nostro designat loco, circa evolvendum subjectum officiæ alteram partem explevimus. Superest proinde ut de voce altera, quæ cum priore in unam coalescit notionem complexam, dispiciamus. Nunc ergo significatum vocis *αγεσται* determinemus.

S. IX.

§. IX.

Vox *ayew* primo sui significatu idem est quod ducere amplissimo locorum, in quibus deprehenditur suffragio. Non recedit ab hoc significatu Novi Scriptura foederis, sed ea terminum usurpat legi, ut de subjecto enuntiet ratione praedito, ut tum ei demum tribuat, quando cum mobilis aliquo continuo progreditur, motumque illius mobilis inter progrediendum moderatur. Próprio igitur significatu ex usu certe scripturæ *ayew* nihil, est aliud quam simul cum altero progrediendo progressum ejus ad arbitrium suum dirigere. Duci porro quisque opinor eum censemus quem ducit alter: hinc *to ayedai* asserendum de eo erit, cuius progressum alter cum ipso progrediens ad arbitrium suum moderatur.

Ex pluribus que in consensu nostrum advocare possemus locis tantum obseruabimus Marth. XXI. 2. Joh. X. 16. Act. V. 26. 27. Cap. XXII. 24. XXIII. 18 ex quibus notio designata abunde confirmatur. Quid e.g. agebant alii discipuli, asinam Christo adducentes, nisi quod simul cum ipsis incederent, viam prospicerent, qua ad Christum pervenire volebant, nec permetterent, ut asina inde deschesteret. Sed hoc vocatur *ayew*. Porro, quid eveniebat Paulo a milibus in castra duō. Simul cum iis progedi, & eam viam servare tenebatur, qua pertinere ad castra cupiebant: sed hoc iterum est *ayedai*. Idem de locis ceteris experiri poteris.

§. X.

Vox *ayew* ubi proprietatem servat, progressum ei, de quo prædatur, vindicat: progressus sit motu de loco in locum continuato: quare si cui tribui motus de loco in locum nequeat, non poterit *to ayew* proprio ei significatu tribui: *πνευμα οες* Divinam denotat personam; Divina autem vis, successionum nescia, motum de loco in locum non admittit; unde patet *πνευματι οες* non posse *to ayew* servata proprietate competere, atque eo nomine vox ista impropre est in nostro loco accipienda. Ubi vero *to ayew* proprietatem deserit, ibi nec *to ayedai* servare eam potest: nostro igitur in loco *to ayedai* impropre dicitur.

§. XI,

Improprietas oritur nominibus diversorum invicem permutatis: omnisque vel Rethorica est, vel Logica. *τὸ αὐτὸν* nostro loco capiendum improprie est: idem vero notat aliquid, quod pravarum in homine cupiditatum coercitione constanter involvitur; id enim nexus orationis postulat. Cum haec perinde peragatur, sive subjectum continuo locum muret, sive eodem loco se contineat; consequens est, ut *τὸ αὐτὸν* designet quidpiam, in quo conciendo de subjecti progressu proprio plane non sit cogitandum. Jam vero citra relationem ponuntur in existendo, quorum unum cogitare fas est sine altero; & quæ citra relationem ponuntur, non ut connexa spectantur in existendo: *τὸ αὐτὸν* ergo hic notat aliquid, quod non spectari ut connexum cum progressu subjecti sui proprio debet. Quum autem notio, *τὸ αὐτὸν*, propria, progressum involuat proprium; atque adeo, si quid eum progressu subjecti proprio non connectitur, illius etiam connexam non sit; quod propria *τὸ αὐτὸν* notio exhibetur: consequitur porro, ut *τὸ αὐτὸν*, hic notet aliquid, quod non spectatur ut connexum in existendo ei, quod *τὸ αὐτὸν* proprie denotat. Enim vero in improprietate Rethorica, quod ponitur, spectandum est, ut connexum in existendo notioni termini propriae: non igitur hic *τὸ αὐτὸν* improprietatem obtinet Rethoricas; proindeque Logica est, quæ ipsi adharet improprietas.

Ne dubites certum esse, quod de nexo orationis assertimus: perpende verba auctoris, ita enim farus v. 13. εἰ τας πράξεις τὸ σωματος θαυματεῖ, ἔποιες. Subjungit nunc v. 14. Οσοι γὰρ πνευματικοὶ εἰσιν, εὐτοι εἰσιν νιοι σπείρει. Hic autem quis nexus est, nisi ita auctor argumentatur: Qui negotia carnis mortificant, ducuntur spiritui Dei: sicut Dei filii: qui ducuntur spiritui Dei, qui Dei filii, vitam spiritualem nimisimum habent, scilicet. Qui negotia carnis mortificant, spiritualler vivunt. Predicatur adeo de his, qui pravas cupiditates supprimunt, quod spiritui Dei ducantur: predicatum autem omne notio subiecti, cui tribuitur, involui constet.

§. XII.

Improprietas Logica, per similitudinem explicanda est; adeoque characterum notionem termini propria comprehensorum convenientia nititur: non illi omnes possunt conservari: alioqui nulla foret improprietas: non ex illis omit-tendus temere aliquis est, qui notionibus, quas terminus respicit, convenire intelligitur: fieret enim id absque ratione sufficiente. Et quoni improprietas diversum quid a notione propria postulet, loco omissarum determinationum alias notionibus ceteris annexis convenientiores substituenda sunt. Vera igitur notio vocis *ayeadai* hic jungenda est; quæ ex notione termini propria retinenda, per notiones adjectas retinet; non retinenda, omittit, & in locum eorum, quod magis notionibus adjunctis congruit, substituit.

Respectus nimirum notionis impropriæ ad notionem propriam, idem est, qui imaginati ad imaginem: jam vero imaginatum & imaginem in quibusdam characteribus convenire plane necesse est: interim tamen in quibusdam ea a se invicem differunt, alioqui non diversa, sed idem essent; hinc si ex data imaginem inveniendum fuerit imaginatum, retentis iis characteribus, qui convenire possunt circumstantiis suppeditatis, omittendi alii, qui non convenient, datisque circumstantiis convenientiores exhibendi sunt.

§. XIII.

Duo autem, quæ maxime hic in censum veniunt, jam occupavimus, quorum alterum est relatio *zv ayeadai* ad Spiritum Divinum, alterum connexio ejus cum pravarum cupiditatum repressione. Quidquid ex notione vocis propria his repugnat, id utique notionibus repugnat adjectis. Quidquid ita est comparitum, ut relatione ad Dei Spiritum, salva persistente, nihil noncomprehensum in pravarum cupiditatum coercione ponat, id ajo ideis adjunctis omnibus convenientire; fieri enim non potest, ut ideæ cuidam adjunctæ repugnet. quod comprehensum in ea notione est, quæ omnibus iis congruit; quo circa afferendum erit, notionem *zv ayeadai* genuinam hic esse, quæ ex notione vocis propria retinet, quæ salva relatione ad Dei Spiritum instituenda salvaque

vaque comprehensione in pravarum coercitione cupiditatum retineri possunt, omittit autem quæ huic considerationi repugnant, & in locum eorum, quod magis convenit substituit.

Potera^t etiam relatio ad notionem *νιών τού Θεού* institui, quippe que eadem ingreditur propositionem, quum vero determinationum allegatarum consideratio ad notionem genuinam evincendam sufficiat, ad alias respicere nolimus. Interim, nequid neglexisse videamur, breuiter ostendimus consensum eorum, quæ per istam notionem determinantur, cum iis, quibus determinandis nostræ inservient conditions.

S. XIV.

Quid jam ex notione *της αγεδαί* propria retineri possit, quid contra omissendum sit, siquidem referri ad *πνευμαθεῖς*, atque denotare aliiquid debeat, quod repressioni pravarum cupiditatum involvitur, judicandum ex characteribus utrinque inter se collatis est. Primum, quod propria *της αγεδαί* notio exigit, est, ut *αγόρευος* tanquam in progressu constitutus spectetur, progressus autem operatione ad mutandum continuo locum absolvitur. Jam quum repressione pravarum cupiditatum operationem quidem postulet, respectum vero mutandi loci excludat, adeoque notio eidem involuta operationem involvere possit, respectum loci non possit; si *το αγεδαί* hue transferri debeat, ex primo notionis propriæ charactere, vindicari subjecto operatio potest, respectus mutandi loci non potest. Alterum quod *το αγεδαί* proprie acceptum involvit, est ut *ο αγων* cum altero progradientur, progradientis vero cum altero est, ut mutatis successivis locorum spatiis praesentem alteri se exhibeat: atqui *πνευμαθεῖς*, quum omni præsens sit, spectari ut alteri præsens optime potest, & debet sane ei, qui genuinam pravarum cupiditatum suppressionem exercet, præsens esse; idem spatiis circumstribi, propter eandem rationem non potest. Hinc si *το αγεδαί* relationem designatam habere debeat, praesentia juxta alterum ex-

B. 2. hibi.

arbitrio retinueri potest, spatiorum memoria arcenda, quod alterum notionis propriæ characterem est. Postremum quod *τὸ αὐτοῦ* in significatu proprio convenit, est, ut progressum *αὐτοῦ* alter arbitrio suo attemperet: quum Spiritui Dei, propter vim infinitam, voluntas liberrima vindicanda sit, si *τὸ αὐτοῦ* tantum ad eum referendum sit, in hoc charactere, quod retinere nequeas, nihil reprehendes: quodsi tamen idem significare simil aliquid debeat, quod pravarum cupiditatum suppressioni involvitur, respectum loci, ex notione progressus, omittendum; directionem vero operationis ad arbitrium alienum retinendam fore, ex situ notionis propriæ charactere perspicias. Pronum hinc adjudicandum fuerit, si concipiamus, operationem affectus dirigi ad arbitrium alterius constanter ipsi presentis, prodire eam notionem, quæ ex notione *τὸ αὐτοῦ* propria fab conditione ante posita, quæcumque retineri possunt, exhibet; quæ non possunt, omittit.

Confirmabuntur, quæ de omnitudine & retinendis notionis propriæ characteribus hucusque diximus; si relationem eius instituamus ad ideam filii Dei, quacum connectitur. Progredere quorundam vis, non igitur evades Dei filius: sive progressum, si fuerit, non ideo esse defines, quam enim aliqui agorantur & lecto affixorum deplorantur fore ac desperant conditio? Porro si ipse sine progressu possit esse Dei filius, poteris etiam simulane alterius progressu carere, poteris absque rui progressus directione istud tibi axioma conservare. Enimvero filius Dei esse non potes, nisi eius operationes arbitrio respondeant Spiritus Divini, aliqui enim & impius possit esse Dei filius. Ut autem respondeant, praesentia ejus sanctissima opus esse tibi intelliges, qui te peccatorem memineris.

§. XV.

Quum autem repressione pravarum cupiditatum non nisi volentis atque libere agentis sit, & præterea Spiritus Dei maxime circa animi vires occupatus sit, consequitur, ut quemadmodum *τὸ αὐτοῦ*, propriæ sui notione eam exhibet subjecti operationem, quæ ipsi, quatenus mobile est competit; ita si quid debet in repressione pravarum cupiditatum comprehendens, & ad πνευμα oꝝ referendum significare,

respi-

respiciendum potius ad operationes libera susceptas voluntate sit: atque hinc, si cogitemus, dirigi alicuius operationes a voluntate libera profectas ad arbitrium alterius eius presentis, notionem formabimus, qua *τὸν αὐτὸν* relationem, ante indicatam sustinenti, loco determinationis minus eam considerationem ferentis, altam vindicat convenientiorem, & ex ipsa hac consideratione, definitam.

Consensum ictuum cum dictis comprehendimus, si relationem termini nostri institutum ad filiorum Dei notorem. Sumus Dei filii ea nostra parte, in quam imaginis Divinae prerogativa cadit, quam quidem Theologi nostri, animam esse solide docent; actus ergo, quo Dei filii evadimus, versari circa animam debet. Neque vero hic voluntatis omitti responsum specialis potest: voluntatis enim efficit operatio, ut non manferimus Dei, ceterum eramus, filii.

S. XVI.

Sic igitur ista notio, qua nobis representamus, dirigi alicuius operationes iuxta voluntate susceptas, ad arbitrium alterius eidem presentis, quem exakte omnes conditiones supra positas adimplerat, genuina erit notio, qua per *τὸν αὐτὸν* in nostro loco designatur. Et cum character presentia, individualiter operari, *τὸν αὐτὸν* rite interpretabimus, si concipiamus, operationes alicuius ab ipsa eius voluntate profectas ad arbitrium alterius hujus operatione dirigi.

Non aliter vocem accipi censeo, quando a Græcis anterioribus dicitur *αὐτὸν εἰς ἀρχὴν*, *εἰς αὐτοὺς εἰς τὰς*. &c. Quod vero de operatione presentia characterizans, illud solidè evictum leges apud Excell. Reuschum in Syst. Metaphyl. Theol. Nat. cap. VIII. s. 101. p. 753.

S. XVII.

Proinde nunc notiones hactenus determinatae in unam complexam coalecent, eritque *αὐτὸν πνευματικὸν* nihil aliud, quam divina illius personæ, quam supra designavimus, operatione ad arbitrium ipsius in operationibus propria voluntate susceptis, dirigi.

Ita jam puto notionem subiecti satis declaratam atque confirmatam esse. Perinet autem eorum hoc negotium, ad gratiam, quam Theologi cooperatorum s. adjvantem vocant: quemadmodum ex notione, ab ipsis proposita, haud difficulter intelligitur. Ita enim B. Fechtius, gratia adjuvans, inquit, est, quæ una cum homine, novis viribus divinitus instructo ad exercitium operum Deo placentium cnavent: de ord: modoque gratia Divina. Aphor. XIII. p. m. 36.

§. XVIII.

Vna superest subiecto addita vox, *et si*, quæ, ut universitatem notionis sibi adjectæ innuit, ita hic de omnibus prædicari docet; quorum ea affectio est, ut constanti Spiritu Divini operatione, seu gratia illa in operationibus, suapte voluntate suscepitis, ad arbitrium ipsius dirigantur.

Cui nam vero entium generi vindicanda affectio ista sit, haud difficile adjudicandum est: de finitis duntaxat esse cogitandum, quisque facile perspicet, nec nisi ratione prædicta posse in censum hic venire, voluntas istius affectionis notionem ingrediens, determinat. Tantum igitur de angelis hominibusque fuerit cogitandum: sed angelii ut omnes sunt vel boni vel mali, ita priores non indigent peculiari ea directione; sunt enim in bono jam confirmati; posterioribus non obtingit illa; forent enim aliqui Dei filii: quare relinquitur, ut de hominibus duntaxat accipiantur. Nec de iis quidem omnibus. Si eos in statu institutionis primæ; si in alterius vita felicitate consideres, tum sua sola directione ad ea conniiti possunt, quæ consentiuntur Spiritus S. arbitrio. Est igitur hominum lapsorum, & divina benignitate restauratorum. Et haec quidem, hac tenus de subiecto disputata propositionis nostræ, sufficient. Convertimur nunc ad notionem prædictati, rite indagandum.

§. XIX.

Nos *Θεος*, dupli ratione in scriptura dicuntur, nunc proprie, nunc minus proprie. Priori modo, secundum doctrinam Scripturæ, Divinam designat per sonam, quæ per generationem particeps Divinæ est essentia. Ps. II. 7. Mich. V. 1. Exerte autem Scriptura docet, non esse hunc nisi *μονογενη* Joh. I. 18. Cap. III. 16. atque adeo vox, primo significatu accepta, non potest nisi unitatis numero ponи. Hic ergo ubi commemorantur *υἱοὶ τοῦ Θεοῦ*, de Dei filiis cogitandum est, minus proprie ita nuncupatis,

De voce *vix* sigillatim spectata, nihil esse monendum duximus: quum satis noti significatus sit, & minus præterea dubii. Complexi autem termini notionem ex scriptura definendam, nemo spero inficiabitur.

S. XX.

Ea autem ratione usurpata vox creaturis rationalibus, non quidem omnibus in universum, sed inter eas aliquibus tribuitur. Appellantur ita angeli, quales a Deo erant conditi, Job. XXXVIII. 7. Postquam lapsus quorundam contingit, qui in bono perfliterunt, idem nomen retinent: Job. I. 6. qui ab eo defecerunt, non amplius eo compellantur. Præter angelos etiam homo ita vocatur, quem Deus creaverat, Luc. III. 38. Post lapsum, qui in omne genus vitiorum ruunt, quin etiam ii, qui sibi solis relicti sunt, longe alio veniunt titulo, Eph. II. 3. Joh. VIII. 44. qui vero oblatam Dei gratiam acceptarunt, pii & fideles homines, & quibus contingit, æternæ felicitatis heredes fieri, iterum hoc axiomatice insigniuntur. 1. Joh. III. 2. Joh. I. 12.

S. XXI.

Angeli, quales a Deo conditi erant, gaudebant viribus, ita instituendi liberas actiones, ut in iis placecent Divino Numinis: qui confirmati in bono sunt, quum actu idem agant, quin vires eas retinuerint, dubium non est. De hominibus, secundum statum, quem ipsis creatio largiebatur, aut æternæ felicitatis fruitione *ταγγελιαν* consecutis, idem constat: neque est sentendum fere alter de iis, quos restaurare Divina gratia occépit: Lapsi vero angeli pariter atque homines, si per se spectentur, aut plane habitu vitioso adhuc se corruptiores reddiderint, non inest iis ea vis, quod colligere, vel ex depravationis notione patet: quapropter omnino afferendum est: Omnes, qui inter creaturas rationales S. Scripturæ audiunt Dei filii, vi gaudere, actiones liberas ita instituendi ut Deo in iis placeant: omnes, contra quos ea non vocat Dei filios, eo desitui charactere.

S. XXII.

§. XXII.

Hinc igitur vim ita instituendi actiones liberas ut quis Deo in iis placeat, recte nobis videmur, pro charactere filiorum Dei proprio habere, & secundum Scripturam usum asseverare, per Dei filios intelligi, qui actiones liberas ita instituere valent, ut Deo in placeant.

Ad eundem huic characterem in notione filiorum Dei determinanda, haud obfure nos Scriptura in locis aliis allegat. Certeum hic notio-
nem generalem tradidimus filiorum Dei, prout angelis hominibusque
comunis est, nihil obfuturam determinationibus in subjecto obviis.

§. XXIII.

Quum vero noster locus filios Dei nuncupari eos ju-
beat, qui vita spirituali perfruuntur: vitaque spiritualis ob-
tingat hominibus, vi ea quam designavimus, per fidem
ipsis collata: fiderenter ajo. viss etiam hic significatio,
ne modo declarata appellari,

Observavimus nimirum iam ad §. XI. abs auctore ita argumentatio-
nem instrui, ut, qui pravas cupiditates reprimunt, ducti Divino spiri-
tu ab ipso habeantur: qui Dei spiritu ducuntur, eos Dei filios nuncup-
per: quos Dei filios nuncupat, iis vitam spiritualem adjudicandam sup-
ponat: ex quo adeo pater, eus quod assertuimus veritas. Ad vitam vero
spiritualem vim eam, quam diximus, requiri, vel inde intelligitur, quod
filiorum Dei officium sit, Deum imitari: officia autem vires ad agen-
dum sufficientes praetulerint.

§. XXIV.

Ita nunc redeat prædicatum ad subiectum suum, cuius
ante notionem determinavimus, luculentum hinc fore spe-
ramus genuinum auctoris sensum. Hac nimirum ejus est
assertio: quotunque Spiritus Sancti operatione ad arbitrium ipsius, in operationibus propria suscepitis voluntate,
dirigi se patiuntur, illi ita instituere actiones liberas valent,
ut Deo in iis placeant. Nihil hac assertione verius nihil
certius est: quod nunc, ut intelligatur, pro instituti nostri
ratione, operam navabimus; non inutilem ut speramus
futuram.

Duo

Duo autem antea ad sententiam D. Auctoris rite intelligendam, nostraque interpretationis cum ea convenientiam, insuper hic velim annotari; alterum est, auctorem tantum afferere, Dei esse filios, qui Spiritu Divino dicuntur; non vero id sibi velle, quod datus spiritus Divini sit fundamentum atque causa, cur quis Dei filius evadit: juvat in hanc rem perpendi, ea que Magnus Calovius in Bibl. illust: ad hunc locum contra Grotium annotat, ita autem fatur: *Causa της οὐδεστιας* non est insufflatio Spiritus S., sed regeneratio & fides. Omnes enim filii Dei sumus per fidem in Christum, Gal. III. 25. & quorundam eum receperunt, quod fit per fidem, iis dedit potestatem, ut sint filii Dei, qui credunt in nomen ejus. Joh. I. 12. Consequens autem regeneracionis & fidei est Spiritus S. donatio, qui renatis & fidelibus donatur, quem non accipimus ex operibus legis sed εξ ανονς πιστωσ. Gal. III. 2. Quia etsi filii Dei, misericordia Deus Spiritum filii sui in corda vestra. Gal. IV. 6. Alterum est, ad actiones voluntate suscepimus, id nos requiriunt, ut sicut libero decreto anime, adeoque praeludente intellectu; de quarum actionum genuina indole egregie agit, Magnificus Joh. Jac. Lehmannus, Vir supra laudes nostras positus, in Institutionib. Jur. Natural. Proem. Sect. II. §. ix. seq. p. 64.

§. XXV.

Quod voluntati Spiritus S. convenit, Divinæ voluntati convenit: Deus enim est. Quod voluntati Divinæ convenit, id Deus sibi tanquam bonum repræsentat: non enim mala vult. Quod Deus tanquam bonum sibi repræsentat, inde voluptatem percipit. Ex quo voluptatem percipit, id ipsi placet. Quod igitur voluntati Spiritus S. convenit, id Deo placet.

Hac propositione opus nobis fuit, ut scopum nostrum attingeremus deinceps: ceterum nihil hic supponi quod nona scriptura & ratio confirmet, per se quemque arbitror existimaturum.

§. XXVI.

Quod ad arbitrium nostrum dirigimus, ejus tendentiam voluntati nostræ convenientem reddimus, jam si quis in operationibus voluntate suscepimus, minus Spiritus S. voluntatis.

C

Iuntati cōveniat, in tendentia sua, qua ad eas fertur. cōvenire eidem voluntati non potest: alioqui enim Spiritus S. idem simul vellet atque nolle: proinde is in operationibus voluntate suscep̄tis ad arbitrium Spiritus S. non dirigetur. Quoniam autem, qui Spiritu Dei ducuntur, in operationibus voluntate suscep̄tis ad arbitrium ipsius diriguntur, pater eos in operationibus voluntate suscep̄tis, voluntati Spiritus S. cōvenire.

S. XXVII.

Actiones liberæ sunt operationes voluntate suscep̄tæ. Qui ergo Dei Spiritu ducuntur, in actiobus liberis, voluntati Spiritus S. cōveniunt.

Vt autem aliquis, in actionibus liberis sit cōveniens voluntati Spiritus S., ad hoc requiritur, non solum ut ipsa actio, per se spectata, nihil adversum Deo contineat: Vérum etiam, ut subiectum in ejusmodi statu eas exerceat, qui non minus Divinæ voluntati congruit.

S. XXVIII.

Qui Spiritu Dei ducuntur, illi in actionibus liberis voluntati Spiritus S. cōveniunt. Quod autem voluntati Spiritus S. convenit, id Deo placet. Illi igitur in actionibus liberis Deo placent. Et quoniam ab esse ad posse valet consequentia, etiam actiones liberas ita instituere valent, ut Deo in iis placent.

Id tamen de viribus per fidem collatis intelligi velim, quum probe memor sim, hominem solis sui viribus, pro statu praesentis vita, præstare id nequaquam posse.

S. XXIX.

Ens, quod actiones liberas ita instituere valet, ut in iis Deo placeat, est Dei filius. Qui ergo spiritu Dei ducuntur, sunt Dei filii.

Ita

Ita haecenus, propositionis nostræ veritatem evicturi, nexum inter subjectum & prædicatum intercedentem, observavimus. Quum autem diversa possit esse ratio, ex qua quis Dei filius est juvat amplius exponere, quo pacto, quo titulo, hi qui Dei Spiritu ducuntur, Dei existant filii, adeoque locum sequenti propositioni facimus.

§. XXX.

Ducti Dei Spiritu, creaturæ rationales sunt, quod actiones liberæ iis vindicandæ demonstrant: quoniam tamen per operationem Spiritus S. dirigendi sunt, ad actiones liberas voluntati Divinae conformandas, consequitur, ut sibi solis relieti, id ipsum agere nequeant: non enim frustra aliquid Deus agit; atque ita intelligitur, tum eos justuram concretarum virium lecisse, tum istas ad eam perfectionem nondum redisse; utroque enim modo ad id quod diximus, plenissime sufficent. Proinde in iis, qui Spiritu Dei ducuntur, quas habent vires, continuo ut tales spectandæ sunt, quæ per Divinam gratiam restaurantur. Enim vero, dum restaurantur dictæ vires, intuitum satisfactionis acceptatæ constanter involvunt, fieri enim per legem justitiae Divina aliter non potest: Acceptatio autem satisfactionis pro se præstata fidei est: non igitur nisi fidei intuitu, vires quas designavimus, habent: quare, quum, respectu earum virium sint Dei filii, consequitur, ductos Dei Spiritu per fidem esse Dei filios.

Quando nimirum ducti Diviso Spiritu, operatione ipsius ad arbitrium ejus diriguntur in actionibus liberis, atque hinc, ut ante docuimus, in actionibus istis Deo placent; tum simul involuere respectum ad principium illud debent, unde iis gratia ista Spiritus S. in ipsis operosa contingit, alioqui ad arbitrium Spiritus S. non essent sane conformati; atque hinc, ut ex fide agant necesse est, afferente scriptura, quod sine fide Deo nemo placeat; atque adeo vis etiam ita operandi, absque fide concipi, in istiusmodi subiecto, non potest.

§. XXXI.

§. XXXI.

Dum vero propositionem, cuius sensum & veritatem hactenus investigavimus, ita auctor connectit orationi reliqua ut filios Dei, Spiritualiter etiam vivere, asserendum sit. Non erit difficile assertionis fundamentum intraspicere: ipsa nimirum vita spiritualis, cum sit in iis vi-ribus posita, quibus subiectum Deo placens efficitur, & quas homo peccator, fidei beneficio obtinet, character filiorum Dei individus est, ut quam primum hominem, ex corruptione naturali, eo eluctari cogitas, ut evadat Dei filius, statim etiam cogitandum sit, cum vita spirituali donari: & quamdiu homo filius Dei manet, tamdiu vita spiritualis eidem denegari nequeat. Ita ergo, propositione ista: quotunque Spiritu Dei ducuntur, illi sunt Dei filii; tanquam principio indubitate praefixa, rectissime Auctor inferre poterat: quoteunque Spiritu Dei ducerent, de iis quod vivant (vita nimirum spirituali) omnino fore afferendum.

Hæc nunc pro instituti nostri ratione sufficient, cum ex iis, quæ diximus, & sensus, & veritas, & nexus propositionis nostra, quantum quidem speramus, abunde possit perspicere.




a241


00 A 6314

56.

4

41





DISSERTATIO EXEGETICA

n - 30. - 21

DIVINO DVCTOS SPIRITV DEI ESSE FILIOS

EX ROM. VIII. 14. ASSERENS

QVAM
DEO AVSPICE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
WILHELMO HENRICO
DVCE SAXONIÆ, IVLIACI, CLIVIÆ, MONTIVM
ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ, COMITE
SAYNÆ ET WITTGENSTEINII: RELIQUA

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS BENEFICIO,
ERVDITORVM JUDICIO
DIE OCTOBR. A. O. R. MDCCXXXVIII.

PRÆSIDE
**M. IOACH. EHRENFR.
PFEIFFERO**

SVBJICIET
RESPONDENS
JVSTVS FRIDERICVS STATIVS
MEGAPOL. S. S. THEOL. ET PHIL. CVLT.

JENÆ, LITERIS MARGGRAFIANIS.